

[fol. 109^a.] Vitus Wildericus Spengler, Episcopo-Tuberanus, professus 1607, absolvit philosophiam Herbipoli, monasterii sumptibus, 1614; subprior 1622; prior 1626. Vir multis naturae dotibus praeditus. Cum hic venerabilis pater et prior noster anno 1627 periculose infirmari coepisset, convocatis fratribus et novitiis, quorum magister erat, dixit: „filioli mei, nolite tristari; ante festum melliflui patris nostri non moriar; illo autem die diligenter attendite.“ Dixit autem hoc 6 septimanis et ultra ante festum. Appropinquante itaque melliflua solemnitate in vigilia sanctissimi patris [19 Aug.], convocato toto venerabili conventu, a rev. dom. Sigismundo, abbate, extremam unctionem instantanter petitam accipit. Unctus in lectulo erigitur sedens, omnes religiosos moriens adhortatur et singulis serio inculcat vocationem et professionem illorum et cum omnes lacrymarentur, etiam abbati praesenti prioratum suum resignat et corpus sepeliendum eidem commendat, animam vero deo, beatissimae virgini et sancto Bernardo. Et elevata manu novitiis benedicens dixit: „te vero novellam plantationem benedicat deus pater et filius et spiritus sanctus. Amen.“ Et saepe repetens: „iam vado ad aeterna gaudia, sequenti luce melliflua, eadem hora diei tertia, qua mellifluus pater Bernardus ex mundo migravit, obdormivit in domino. Sepultus jacet in coemeterio nostro retro summum altare ad sinistram columnam. — Haec de ejus obitu a p. Petro* scripta inveni. Similia memini me audivisse a p. Melchiore Sibert, de quo infra, qui monasterium ingressus 1627, sub ejusdem p. Viti directione aliquamdiu vixit novitius. — 20 Aug.

[fol. 109^b.] Johann Andreas Bavarus, Clepsheimensis**, professus una cum duobus praecedentibus [Vito Wilderico Spengler et Petro Hemlin]; magister philosophiae creatus Herbipoli; subprior 1615; secretarius; prior 1623; officialis in Heilbronn 1626. Obiit ibidem (prout ipso sui obitus die optaverat) ex subitaneo terrore Suecici militis ipsum invadentis, 5. Jan. vel Februarii anno 1632. Vir impeditioris quidem linguae, caetera eximius. In necrologio¹ d. 5. Febr. Sepultus in ecclesia ordinis Teutonici ad latus dextrum cum litera. F. J. A. B. O. S. rec.***

¹ necrol., S.

4) Die Chronik oder fragmentarische Annalen von 1157—1660 in Folio, 350 Seiten stark.

* Das ist der P. Petrus Haas, welcher eine Autobiographie hinterließ, die von P. Angelus Hebenfreit benutzt wurde. ** Von Clepsau, Amt Borberg. *** das heißt: frater Joannes Andreas Bavarus, das Uebrige ist zweifelhaft.

[fol. 109^b.] Marcus Simonis, Kulsheimensis, professus 1607; sacerdos 1615; portarius 1627. Vir simplex et rectus, a Suecis misere raptatus et lethalliter vulneratus pie animam efflavit in sua patria 1632, die 19 Augusti.

[fol. 110^a.] Georgius Gros, ex Uempffingen, Tubarinus*, professus cum praecedentibus**, sacerdos 1613; obiit 1624, 22 Julii.

[fol. 110^a.] Daniel Erck, Amorbacensis, professus 1610; organoedus et componista; subprior 1628. Obiit 1631, die 2. Februarii.

[fol. 110^a.] Michael Renner ex villa monasterii Eschenhoff*** prope Weldingsfelden oriundus, professus cum praecedenti [Daniele Erck 1610]. Anno 1626 ex dispositione capituli congregationis, consentiente utraque domo transmissus est Brunnbacum †, ibique stabilitatem regulariter firmavit. Obiit 1640. in Langenprocelden †† parochus.

[fol. 110^a.] Eius [Michaelis Renner] loco in Speciosam Vallem [1625] transmissus fuit: Erhardus Deppisch, professus sacerdos in Brunnbach †††, qui publice in capitulo stabilitatem (a se expetitam) in Schönthal promisit 1626, die 1. Novembris, post exactum pene annum in hoc eodem monasterio, factus est postea subprior 1630 et confessarius. Obiit 1633, die 19. Martii in Berlichingen, sepultus in ecclesia ibidem ante altare s. Dionisii. — 13. Martii.

[fol. 110^a.] Valentinus Opilio, Carolopolitanus Franco †*, professus 1611, studuit philosophiae Herbipoli, monasterii sumptibus 1616. Egregius historicus †**, musicus et elegans scriptor, sacerdos 1618;

* Uempffingen, Amt Tauberbischofsheim.

** Diese sind Vitus Wilderich Spengler, Petrus Hemlin, Joh. Andreas Baier (Bavarus) und Marcus Simonis.

*** Eschenhof, D.-M. Klingensau, filial von Dörrenzimmern, gehört zum Schultzeißen-Amt Weldingsfelden in demselben D.-M.

† Cistercienser-Kloster Brombach, M. Wertheim.

†† Langenprobsfelden, Landgericht Lohr, im Reg.-Bezirk Unterfranken und Aschaffenburg.

††† Ueber den 1625 stattgefundenen Austausch der Capitularen zwischen Schönthal und Bronnbach spricht Göbhardt a. a. D. S. 371 nicht. Er scheint mithin keine Quellen darüber mehr vorgefunden zu haben.

†* Von Pöckstadt an der Tauber, im Reg.-Bezirk Unterfranken und Aschaffenburg.

†** Seine historischen Schriften scheinen verloren gegangen zu sein.